

CAPUT XXXI

modum eventus ad salutem in causo
exquisito explicat.

AD SALUTEM terminatur ardens per *αἰθρῶν μεταβολὴν καὶ ἔξαιφνίδιον*, *subitam mutationem*, quæ fit à naturâ superante causam morbificam, & CRISIS adpellatur, quæ duplici evenit modò, κατ' ἔκρυσιν, & κατ' ἀπόσεισιν.

Κατ' ἔκρυσιν, *per exitum*, per nares, sputum, sudores, urīnam quæ fit excretio, alia est perfecta, alia imperfecta. PERFECTA crisis in ardente fit unâ vice per largam excretionem, cum natura morbosam materiam devictam die decretoriò per convenientia loca evacuat. Modos excretionum enumerat *Cous 4. de nat. victus in acut. t. 10.* ἢν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆ, λύεται τὸ πάθος, καὶ ἢν ἰδρῶτες ὑπὸ γίνονται κριτικοὶ γνήσιοι, μετ' οὖρων λευκῶν καὶ παχέων, καὶ λεῖων ὑφισταμένων. Si è *naribus fluxerit sanguis, solvitur agritudo, atque si sudores supervenerint judicatorii legitimi, cum urinis albis, crassisque & lenibus subsidentis.*

HÆMORRHAGIA CRITICA SALUTARIS quò fiat modò, explicat *Hippocrates cit. locò.* Criticas hæmorrhagias admittit *Galenus 1. epidem. comm. 1. t. 9.* in sinceris, continuis & febribus ardentibus. Et *libro 3. de crisis cap. 3.* febres ardentes continuas & inflammationes viscerum solvi criticis hæmorrhagiis, & *1. epidem. comm. 2. t. 63.* proprium ardentium febrium esse, per hæmorrhagias solvi, asserit.

SUDORES salutare sunt, ὅταν πεπευμένε & νοσήματι ὑπὸ γίνονται, si morbo jam costò supervenerint, *Gal. 4. de rat. vict. acut.*

Per URINAM terminatum iri ardentem ad salutem κριτικῆ ἰφώδω, *expulsoriâ inclinatione* statuitur, si naturali calore & consistentiâ suspensum observetur.

Κατ' ἀπόσεισιν *per abscessum* criseos meminit *Hippocr. cit. locò s. 11.* καὶ ἢν ἀπόσειμά πρ γίνονται, si abscessus aliquis fiat. **LOCVS**, in quò